

extare, qui illa propius aspiciant & admirantur.

Inquisitionem horum ut nimis curiosam reprehendi non debere.

Sed dicent fortasse, cum de his ipse sum-
premus auctos nihil amplius docuerit aut
revelarit, credendum esse sibi scientiam eorum
reservasse, ac proinde temere, & curiose
nimis de iis inquiri. At nimium ipsos sibi
sumere ajo, si definire velint, quousque ho-
mines investigando progredi debeant, dili-
gentiæque eorum modum statuere; ac si
terminos, quos hic Deus præscripsit, certo
cognitos haberent; aut in hominum pote-
state esset illos prætergredi. Et sane, si ta-
libus scrupulis retenti fuissent qui ante nos
vixerunt, adhuc ignorari potuisset quænam
Telluris esset figura, aut quæ magnitudo, &
num aliqua Americæ regio. Item an Solis
radiis Luna illustraretur, quibusve ex causis
aut hæc aut illa deficerent; ac pleraque alia,
quæ Astronomorum laboribus repertisque
accepta referimus. Quid enim tam abscon-
ditum & inaccessum videbatur, quam quæ
de rebus cœlestibus in aperta luce nunc po-
sita sunt? Ex quo intelligitur industriam
mentisque acumen hominibus data esse, qui-
bus paulatim rerum naturalium cognitio-
nem consequerentur, neque esse cur conari
desinamus & ulteriora inquirere. Attamen
reconditiora illa, quibus hic præcipuè infi-
stimus, scimus non esse ejusmodi, ut quæ-
rendo penitus investigari possint. Itaque
nihil veluti certum affirmamus, (quæ possi-
mus